

www.e-rara.ch

[Opera omnia]

Augustinus, Aurelius

[Basel], [1528-1529]

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: AW 57

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-5484>

Tractatus de eo quod dictum est a Deo ad Moysen, ego sum qui sum, incerti autoris.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A tam: sed ad tam magnam possessionem, ad tam grandem felicitatem quã itur, instruxerunt sibi vias erroris philosophi. Alij dixerunt, hac: alij nõ hac, sed hac. Latuit eos uia, quia deus superbijs resistit. Lateret & nos, nisi uenisset ad nos. Ideo dominus, Ego, inquit, sum uia. *104u.14* Piger uiator, uenire nolebas ad uiam, Ad te uenit uia. Quærebas, quò ires, Ego sum ueritas & uita. Non errabis quando is ad illum, per illum. Hac est doctrina Christianorum, non planè conferenda, sed incomparabiliter præferenda doctrinis philosophorum, immundiciæ epicureorum, superbiæ stoicorum.

FINIS.

TRACTATUS DE EO QVOD DICTVM
est à deo ad Moysen, Ego sum qui sum, incerti auctoris.



M diuina lectio legeretur, magnum miraculum quod Moysen famulum dei intentissimum fecerat, etiam nos corde expectauimus, quia intenti etiam ipsi facti sumus, quomodo in rubo apparebat ignis, & rubus non cremabatur. Deinde aduertimus sacram scripturam prius dixisse, quòd angelus domini apparuerit Moysi in rubo. Deinde Moyses non iam quasi cum angelo, sed tanquam cum domino loquebatur. Tertio aduertimus, quòd cum Moyses nomen dei quæreret ut haberet quid diceret filijs Israel interrogantibus, quòd nomen dei esset qui illum ad eos misisset: respondit, Ego sum qui sum. Neq; hoc transeunter, sed repetitione commendans adiecit, Dices itaq; filijs Israel, Qui est, misit me ad uos. Postremo iam enuntiato nomine suo, adhuc adiunxit, Hæc dices eis, Dominus deus patrum nostrorũ, deus Abraam, & deus Isaac, & deus Iacob, misit me ad uos. Et hoc mihi nomen est in æternum. De his quod dominus donat audite. Magna quidem sunt tanquam inuolucra mysteriorum dei. Quæ si cõgruenter & sufficienter conemur euoluere, nec uires, nec tempus sufficient. Quod ergo breuiter possumus dicere, non frustra, non inaniter, non sine alicuius significatione secreti in rubo flamma erat & rubus non cremabatur. Rubus enim spinarum est quoddam genus: nec in laude aliqua poni potuit quod peccatori terra produxit. Nam primitus peccanti homini dictum est, Terra spinas & tribulos pariet tibi. Neque id ipsum quod rubus non cremabatur, id est, flamma non comprehendebatur, bonum aliquid putare debemus. Si enim flamma significat aliquid boni in qua angelus apparebat uel dominus: unde etiam cum uenit spiritus sanctus, uisæ sunt illis linguæ diuisæ uelut ignis: comprehendere debemus hoc igne, non autem propter duriciam non cremari. Rubus quem non cremabat, populus qui deo reluctabatur. Spinosum igitur populum Iudæorum significat rubus quòd Moyses mittebatur. Et ideo rubus non cremabatur, quia duricia Iudæorum, sicut dixi, legi dei reluctabatur. Nam si ille populus spinis non significaretur, non ab eo spinis Christus coronaretur. Quod autem de ipso qui loquebatur Moysi, & angelus domini, & dominus dicitur, magna quæstio est, nec temerarium debet habere affirmatorem, sed cautum inquisitorem. Duæ autem sententiæ quæ hinc proferri possunt, quarum quælibet uera sit, ambæ secundum fidem sunt. Quod dixi, quæ nam earum uera sit, hoc dixi, quid nam eorum senserit qui scripsit. Nam quando nos inquiretes scripturas sentimus aliquid quod scriptor forte non sentit, non tamen hoc sentire debemus quod abhorret à regula fidei, à regula ueritatis. Ergo ambas sententiæ propono, sit fortassis & tertia quæ me latet. Ex his autem duabus propositis eligatis quam uolueritis. Aliqui dicunt ideo & angelum domini dictum, & dominum, quia Christus erat de quo aperte propheta dicit, quòd sit magni consilij angelus. Angelus enim officij nomẽ est, non naturæ. Nam angelus græce, qui latine nuntius appellatur. Nuntius ergo actionis nomen est: agendo, id est, aliquid nuntians, nuntius appellatur. Quis neget Christum nuntiasse nobis regnum cœlorum? Deinde angelus, id est, nuntius mittitur ab eo qui per eum aliquid nuntiat. Et quis neget Christum missum? qui totiens dicit, Non ueni facere uoluntatem

Ee 3 meam,

meam, sed uoluntatem eius qui me misit, ipse proprie missus. Nam Siloe illa piscina interpretatur missus. Ideo cui oculos luto inunxit, inde lauare faciē iussit. Nullius enim uisus aperitur nisi eius qui à Christo mundatur: ergo idem angelus, idem dominus. Sed hic occurrit aliquid præcauendū. Non enim desunt hæretici qui dicāt, patris & filij distare & dissonare naturas, & non eos esse unius eiusdemque substantiæ. Catholica autē fides credit patrem & filium & spūm sanctum unum deum, unius substantiæ trinitatem, inseparabiliter, æqualiter, non cōmixtione confusam, non distinctione separatā. Illi ergo qui persuadere moluntur filium nō esse eiusdem substantiæ cuius est pater, argumentantur ex hoc, quod filius uisus est patribus. Pater, inquit, nō est uisus. Inuisibilis autē & uisibilis diuersa natura est. Et ideo inquit de patre dictum est, Quem nemo hominum uidit, nec uidere potest: ut ille qui uisus est, nō solum Moyse, sed etiam Abraæ, nec solū Abraæ, sed etiam ipsi Adam & cæteris patribus; nō deus pater, sed filius potius, ut intelligat creatura. Catholica nō hoc dicit. Sed qd dicit: Deus pater, deus filius: incōmutabilis pater, incōmutabilis filius: ætern⁹ pater, cœternus filius. Nāsi dixeris patre inuisibile, filiū uisibile, distinxisti, immo uero separasti substantias. Quō gratiā inuenisti, qui fidem perdidisti? Soluit ergo ista quæstio sic. Deus pater & filius & spiritus sanctus, natura propria inuisibilis est. Apparuit autē quando uoluit, cui uoluit: non ut est, sed ut uoluit, cui seruiunt omnia. Si enim anima tua cum sit inuisibilis in corpore tuo per quod appareat profert uocem, & uox in qua apparet anima tua cum loqueris non est substantia animæ tuæ, aliud est illa, aliud est uox, & tamē apparet, & in ea re quæ ipsa non est: sic & deus, si in igne apparuit, nō est ignis: si in fumo apparuit, non est fumus: si in sono apparuit, non est sonus. Non sunt hæc deus, sed indicant deum. Hoc retento securi credimus potuisse dici filiū qui apparuit Moyse, & dominū, & angelum domini. Qui uero existimāt uere eum angelū domini fuisse, non Christū, sed angelū missum: necesse est ut exigatur ab eis ratio quare dictus sit dñs. Quomodo enim ab eis qui Christum fuisse dicunt, exigatur quare dictus sit angelus: sic ab eis qui angelū dicunt exigatur quare dictus sit dominus. Sed illi qui Christū dicunt fuisse, iam cōmemorauī, quomodo inde exeant quare dictus sit angelus, quia propheta aperte dixit dñm Christū magni consilij angelum. Illi ergo qui dicunt angelū, respondere debent quare appellatus sit dominus. Respondent & ipsi Sicut in scripturis propheta loquit, non quia dñs est propheta, sed quia dominus est in propheta: sic & cū per angelū dignatur dñs loqui, quomodo per Apostolū, quomodo per prophetam, recte dicit & angelus propter seipsum, & dñs propter habitantē deum. Certe em̄ Paulus homo erat & Christus deus, & ait tamē ipse Paulus, An uultis experimentū eius accipere qui in me loquitur Christus? Dixit & propheta, Audiam quid loquetur in me dñs deus. Qui loquitur in homine, loquitur in angelo. Ideo apparuit Moyse angelus dñi & dixit, Ego sum qui sum. Habitatoris uox est, nō templi. Nam si propterea Christus erat cum angelus dictus sit, quia unus erat, quid facimus quando Abraæ tres apparuerūt? Quid hic dicimus? Tres apparuerūt, & Abraam tanq̄ ad unū loquēs dixit, Domine. Quid dicimus? Quare tres? An ipsa trinitas erat? Quare ergo dominus? Quia trinitas unus dominus, nō sunt tres domini. Et trinitas unus deus, nō tres: una substantia, tres personæ. Neq̄ enim pater filius est, aut filius pater est: aut spū sanctus uel pater uel filius est. Sed pater non est nisi filij: filius nō est nisi patris: spiritus & patris & filij. Quāuis in illis tribus aliqui dicūt, q̄ unus ibi excellebat, quē dñm appellabat Abraā quando apparuerat cū duobus, tanq̄ Christus cum angelis suis. Sed quid agimus, quia cum duo mitterent ad Sodomā apparētes fratri Abraæ Loth, & ipse agnoscit in eis diuinitatē: & cū duos uideat, dñm appellat: & ille in tribus dñm, & in duobus ille dñm? Ne separemus ergo trinitatē, faciamus in Sodomā dualitatem. Puto q̄ melius intelligimus, quia patres nostri dñm in angelis agnoscebāt, habitatem in habitatione intelligebāt, nō portatibus, sed insidenti gloriā dabāt. Quā sententiā confirmat, nō solū epistola quæ scribit ad Hebræos, ubi dicit, Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus: loquebatur enim de ueteri testamento, cōmendauit quod ibi angeli

1. Tim. 6

Esai. 9

2. Cor. 13

Esai. 84

Hebr. 2

Adam
Abraam
Moyse

Sodomam
Loth

A geli lo
diebat
dura c
fistis
restit
sti: E
angel
conli
Quo
Jam e
qui su
Omn
uerum
tur, M
nus su
non te
hoc n
deus
quod
tur, E
uidit d
cunq
infra
enim
B quit in
cebat
cem, u
Osten
erigit
sum, &
deus
nolim
est, & c
& sum

A geli loquebatur, sed deus in angelis suis honorabatur, & per angelos interior habitator au-
 diebatur: sed etiam in actibus Apostolorum Stephanus dicit arguens & increpās Iudæos, *G Gregorius*
 dura ceruice, & non circūcisi corde & auribus. Dura ceruice, spinæ nō crematæ. Vos autē re- *Act. 7*
 sistitis spiritui sancto: ideo rubus non cremabat, quia flāmæ spiritus ab spinis peccatorum
 resistebat: uos semper resistitis spiritui sancto: quem prophetarum nō occiderunt patres ue-
 stri: Et unde *Act. 7* agitur, Qui accepistis legem in edictis angelorū, & non custodistis. Si diceret
 angeli, & non angelorum, non deerant illi qui dicerent, Christus est, quia dictus est magni
 consilij angelus. Angelus Christus, nunquid angeli Christus? Dicit & Apostolus Paulus,
 Quoniā semen Abraæ dispensatum est, dispositū inquit per angelos in manu mediatoris. *Gal. 3*
 Iam ergo angelus, & in angelo Dominus, dicebat Moyse quærenti nomen suum, Ego sum *Exo. 3*
 qui sum. Dices filijs Israel, Qui est, misit me ad uos. Esse, nomen est incommutabilitatis.
 Omnia enim quæ mutantur, desinunt esse quod erant, & incipiūt esse quod non erant. Esse
 uerum, esse syncerum, esse germanū, non habet nisi qui non mutatur. Ille habet esse cui dici-
 tur, Mutabis ea & mutabuntur, tu autem idem ipse es. Quid est, Ego sum qui sum, nisi æter *psal. 102*
 nus sum? Quid est, Ego sum qui sum, nisi mutari non possum? Nulla creatura, non cœlum
 non terra, nō angelus, non uirtus, nō sedes, non dominationes, nō potestates. Cum ergo sit
 hoc nomen aternitatis, plus est quod dignatus est habere nomen misericordiæ, Ego sum
 deus Abraā, & deus Isaac, & deus Iacob: illud in se, hoc ad nos. Si enim hoc solū esse uellet *psal. 102*
 quod est in se, quid essemus nos? Si intellexit, immo quia intellexit Moyse cum ei diceret-
 tur, Ego sum qui sum, Qui est, misit me: multum hoc credidit esse ad homines: multum hoc
 uidit distare ab hominibus. Qui enim hoc quod est & uere est intellexerit digne, & qualiter
 cunq; lumine ueracissimæ essentiæ, uel stricte sicut coruscatione afflatus fuerit, lōge se uidet
 infra, longe remotissimū, longe dissimillimū, sicut ille ait, Ego dixi in ecstasi mea, Assumpta *psal. 50*
 enim mente uidit nescio quid, quod plus ad illum erat, hoc erat quod uerum erat. Dixi in-
B quit in ecstasi mea. Quid? Proiectus sum à facie oculorū tuorum. Cum ergo ad id quod di-
 cebatur, non ad id quod uidebatur longe se imparem uideret Moyse & quasi minus capa-
 cem, unde inflammatus ipso desiderio uidendi quod est, dicebat deo cum quo loquebatur,
 Ostende mihi temetipsum: quasi uero ab illa excellētia essentiæ lōge dissimilis desperaret,
 erigit desperantem, quoniam uidit timentem, tāquam diceret, Quoniam dixi, ego sum qui
 sum, & qui est, misit me: intellexisti quid sit esse, & desperasti te capere, erige spem. Ego sum
 deus Abraam Isaac & Iacob, sic sum quod sum: sic sum ipsum esse, sic sum cum ipso esse ut
 nolim hominibus deesse. Si quomodo possumus dominū quærere & inuestigare eum qui
 est, & quidem non longe positum ab unoquoq; nostrū, in illo enim uiuimus & mouemur
 & sumus, Laudemus ergo ineffabiliter eius essentiā & amemus misericordiam, Amen.

TOMI SEXTI FINIS.

BASILEAE IN OFFICINA IO. FROBENII
 MENSE OCTOBRI, ANNO M. D. XXVIII

INDEX TERNIONVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z
 A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
 Aa Bb Cc Dd Ee.

Omnes sunt terniones, præter Ee duernionem.

Faint, illegible text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side.



Main body of faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

TONI SECTI FINIS

BASELAE IN OFFICINA IO. PROBERII
MENSE OCTOBERI ANNO M. D. XXVIII

INDEX TERMINVM

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u v x y z
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
A B C D E F G
Omnes functiones, prout in dictionibus



